

hie ad 1. omnes Angelos eodem instanti peccasse, & tamen unum fuisse causam peccandi alii: Angelus enim non indiget ad eligendum, vel recusandum, vel etiam consentiendum temporis mora, sicut ratio, qui deliberatione indiget ad eligendum, & ad consentiendum, & locutione vocali ad exhortandum, quorum utrumque tempore agitur. Manifestum est autem, quod etiam homo, simul dum aliquid jam corde concepit, in eodem instanti incipit loqui, & in ultimo instanti locutionis, in quo aliquis sensum loquentis capere, potest assentire ei, quod dicitur, ut patet maxime in primis conceptionibus, quas quisque probat auditu. Sublato ergo tempore locutionis, & deliberationis, quod in nobis requiritur, in eodem instanti, in quo primus Angelus suam assentionem intelligibili locutione expressit, possibile fuit, alios in eam consentire. Quibus patet, quod primus Angelus peccans, non solum mera propositione exempli, sed etiam passionem, & locutione potuisse alios ad peccandum inducere; & hos eodem instanti ei consentire, & peccare.

XXXI. Quomodo autem fiet, quod alii Angeli voluerint Diabolo peccati obedire, ac subdi, & simul peccarint peccato superbia, quod respiciendo subjectionem, non eam admittendo, concipiunt.

XXXII. Respondetur, hanc optime componi posse, si supponamus, alios Angelos in Diaboli peccatum consensisse, non ut ei tamquam Principi subissent; sed ut sub eo suam beatitudinem consequi possent naturali virtute, quam hoc modo a Deo consequi non poterant: quomodo in seditione, illi, qui seditionis auctori adherent, non ut ei se subiciant, hoc faciunt; sed ut ab eo privata commoda consequantur, quae a legitimo Principe non sperant: Superbus enim (ait Div. Th. hoc art. 8. ad 2.) ceteris paribus magis vult subesse superiori, quam inferiori. Sed si aliquam excellentiam consequatur sub inferiori, quam sub superiori consequi non potest, magis eligit inferiori subesse, quam superiori. Sic igitur non fuit contra superiorum peccatum, quod subesse inferiori voluerunt in eius principatum consentientes, ad hoc enim principem habere volentes, ut quibusdam naturali suam ultimam beatitudinem consequerentur: praesertim quia supremo Angelo natura ordinis etiam tunc subiecti erant. Quod tamen non est intelligendum, quasi hoc expressis concepterint (sic enim fuisset in eis error ante peccatum, quod supra negavimus) sed quia ex modo appetendi, videntes Luciferum in propria excellentia sibi fidem constituentem; cum imitando, Deum ac divinam regulam interpretativo contempserunt, ut supra dictum est.

S. V.

An tot peccaverint, quot remanserunt: Et an ex singulis Ordinibus aliqui Angelorum ceciderint?

XXXIII. Priorem quaestio partem probabiliter resolvit Div. Thom. hoc art. 9. dicens, quod plures Angeli peccaverunt, quam remanserunt. Et probat: quia peccatum est contra naturalem inclinationem: sed ea quae contra naturam sunt, in paucioribus accidunt; ergo &c. Minor, quae difficultatem habet, explicanda est. Vel enim potest intelligi de naturalibus; & sic (ait S. Doct. in 1. dist. 39. qu. 2. art. 2. ad 4.) constat, quod malum est ut in paucioribus... quia causa naturalis consequuntur effectus suos in maiori parte, & deficiunt in minori. Vel potest intelligi de voluntariis; & sic distinguendum est: si enim intelligitur ad Angelis, sapientiam quantum ad numerum invenitur malum ut in paucioribus; quia multo plures fuerunt remanentes, quam ceciderunt, & forte etiam plures, quam omnes damnandi Demones, & homines. Si vero intelligatur de natura humana, bonum videtur esse ut in paucioribus. Tum probat corruptelam naturae humanae esse peccata irregulari, quae, si sine libertate, & inclinatione dimittitur a Deo generali Providore, in pluribus circa bonum deficiet; quia, ut ait ad 1. plures sunt, qui sequuntur bona sensibilia, qui sunt pluribus nota, deserta bono rationis, & hoc naturae vitio, quod ad bonum sensibile est magis propensa. Tum etiam ex ipsi natura conditionis humane, quae (ut ait S. Doct. loco ex 1. sent. laudato) habet actum privationi permixtum: non enim habet perfectiones eam dirigentes in opere sibi innatas, seu infusas, sicut Angeli; sed secundum se ad eas acquirendas est in potentia, & aequaliter se habens indifferenter ad omnia, vel intelligenda, vel sciendi (nisi per virtutes determinetur) & quia malum consurgit multipliciter, ut ait Dionysius, & bonum uno modo, ideo ut pluribus fallitur in malum.

XXXIV. In Scriptura quoque fundamentum habet haec prior pars. Nam stella, quae Apoc. 8. ver. 12. percussit leguntur, sunt per metaphoram Angeli, qui ceciderunt; haec autem fuerunt solum tertia stellarum pars: unde dicitur: & percussa est... tertia pars stellarum; ergo plures, namque quae partes Angelorum steterunt, & pauciores nempe tertia pars, ceciderunt. Quare eisdem libri capit. 12. ver. 4. de Angelorum apostatam Principem, quem Joannes magnum draconem nominat, haec leguntur: & causa ejus traheret tertiam partem stellarum Caeli: & mille erant in terram.

XXXV. Circa vero posterioiorem partem, ait Div. Thom. hoc art. 9. ad 3. quod secundum illos, qui dicunt, quod Diaboli major fuit de inferiori Ordine Angelorum, qui praesente repressius, manifestum est, quod non de quolibet Ordine ceciderunt, sed de inferiori tantum.

Secundum vero illos, qui ponunt majorem Diabolum de supremo fuisse Ordine, probabile est, quod de quolibet Ordine aliqui ceciderunt: sicut in quolibet Ordine homines assumuntur in sapientiam ruinam angelicam. Cum ergo superius cum eodem S. Doctore stauerimus, majorem Angelum inter eos qui ceciderunt fuisse de supremo Ordine; statuemus ut probabiliter quoque est, eo peccante, ex omnibus Ordinibus aliquos cum eo cecidisse.

XXXVI. Ratio congruentiae ex S. Doct. haec est. Quia in hoc magis comprobatur libertas liberi arbitrii, quae secundum quoslibet gradum, ad malum fieri potest: Cum ergo secundum D. August. Deus permiserit peccatum in Angelis, ut ostenderet, quid valeret liberum arbitrium creature sine gratia; ad hoc ostendendum magis congruum fuit ut in omni gradu, & Ordine Angelorum, in aliquibus hoc permitteretur.

Id quoque significavit visus fuit S. Paulus Rom. 8. ver. 38. & 39. dum inter humani generis hostes recenset Angelos, Principatus, Virtutes; dicens: neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes... neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. Et 1. Cor. 15. ver. 24. addens quoque potestates, ait: Cum evacuaverit omnem Principatum, & Potestatem, & Virtutem. Ex his sic discitur: ex ordine Seraphim fuit supremus qui peccavit, ut superius ostendimus: ex ordine Cherubim aliquos cecidisse colligitur ex cap. 28. Ezechiel, ubi nomen Cherubim in pravum sensum assumitur: Ex Principatibus, Potestatibus, Virtutibus aliquos pravos esse indicat Paulus: Ex Angelis, imo & Archangelis, qui sub Angelorum nomine clauduntur, aliquos defecisse certo creditur. Tandem cum Thronis, & Dominationibus sicut Seraphim, & Cherubim inferiores; probabiliter inferunt, etiam ex istis, & consequenter ex quocumque Angelorum Ordine, aliquos defecisse.

XXXVII. Advertit tamen S. Thom. laudato loco art. 9. ad 3. quod in Sacra Scriptura nominantur quatuor Ordines, ut Seraphim, & Thronarum, Damoniis non attribuantur: quia haec nomina sumuntur ab ardore charitatis, & inhabitatione Dei, quae non possunt esse cum peccato mortali. Attribuantur autem eis nomina Cherubim, Potestatum, ac Principatum; ac quia haec nomina sumuntur a scientia, & potentia; quae bonis, malisque possunt esse communia.

QUAESTIO IX.

De poena peccati Angelorum.

Post peccatum sequitur poena: & ideo Quaestio de peccato Angelorum, quaestio de poena peccati subnectitur. Quia vero poena Daemonum est duplex; una in intellectu, & voluntate consistens, obtemperatio; nempe oblationis, & dolor: alia est ad externum agendum inflata: ideo de singulis, ut unaquaque exponeat, Candidatum nostrum imbuere curabimus cum D. Thom. 1. par. qu. 64.

DUBIUM I.

De Poena in intellectu.

S. I.

An Intellectus Daemonum fuerit obtemperatus circa naturalia?

I. Supponit Div. Thom. hoc art. 1. qu. 64. Quod duplex est cognitio veritatis. Una, quae habetur per naturam, & quae habetur per gratiam. Et ista, quae habetur per naturam, est duplex. Una, quae est speculativa tantum, sicut cum aliquid aliqua secreta divinum revelatur. Alia vero, quae est affectiva producens motum Dei: & haec proprie pertinet ad dominum sapientiam. Cum ergo obtemperatio sit subiectio lucis ad cognoscendum veritatem, quaestio est, an Demones in sui peccati poenam dicerent lucis privati ad quancumque ex praenarratis cognitionibus.

II. Hoc dubium tollit D. Dionysius ipse cap. 4. citato dicens: Data ipsi angelica dona nequaquam ipsa mutata divinis: sed sunt & integra, & splendidissima: quantumvis ipsi non vident claudentes ipsorum boni intellectus virtutes. Quae exponens Div. Thom. ibi lect. 19. dicit angelicam (inquit) id est ad angelicam naturam pertinentia, quae in principio data sunt eis nequaquam dictum esse mutata; quae ex eorum mutatione mali effecti sunt: sed permanent integra, id est absque corruptione naturae, & splendidissima, id est absque diminutione naturalis luminis intellectualis. Sed quod ipsi non vident, hoc proventus ex hoc, quod ipsi per liberum arbitrium clauderunt suas virtutes inspectivas boni, id est avertentes voluntatem suam intellectum, non a consideratione veri, sed ab inspectione boni, in quantum est bonum, quia scilicet noluerunt illud sequi.

DUBIUM II.

De poena in voluntate.

S. I.

An Demones sine oblatione in malo?

V. Ex his patet, in Demoniis manifeste integrum eorum substantiam, integras species naturales, intellectum, & voluntatem, integras species omnes intelligibiles: haec enim sunt naturalia dona, quae Angelis fuerunt concessa in sui conditione, & quae vel eorum naturam consequuntur, vel connaturaliter exiguntur; & quae aliunde non sunt incompatibilia cum peccato, neque ex eorum perverti voluntate dependent. Integram quoque in eis manifeste cognitionem speculativam principiorum, & conclusionum in eis contentiarum, docet S. Thomas Quaest. 16. de Malo art. 6. in corp. cum cognoscant eas immediate in principis, non autem a principis discerant, sicut nos, ad conclusiones.

VI. Verum quantum ad aequalem usum talium specierum, & applicationem, fuit exercitium liberum suorum potentiarum ad particularia objecta, electionem boni, & mali, applicationem, seu exercitium liberum suorum potentiarum ad particularia objecta, electionem boni, & mali, applicationem suae substantiae ad locum fuit placuerit, & productionem effectuum exteriorum, puta lucis, & motus pro gubernatione Universi, quia haec a voluntate Angeli pendunt: idcirco quaedam a Demoniis fuerunt totaliter ablata, & quaedam diminuta. Nulla ergo in eis superest cognitio practica boni moralis: seu etiam illud speculativae cognoscant, nolunt tamen illud eligere, & facere. Et hoc est, quod D. Dionysius vocat claudere oculos, sive aequalem visionem, aut cognitionem boni impedire. Non habent libertatem collocandi suam substantiam, ubi volunt, nec cogitandi effectus omnium, quos vellent, & sicuti vellent; sed in his omnibus ligantur, & impediuntur, vel per legem inferni, vel per bonos Angelos contentum, ne perturbent ordinem Universi, & ne possint nobis nocere, quantum sua perverti voluntate exoptant, sed solum quantum Deus permittit.

VII. Haec diffinitione solvuntur ea, quae resolutione D. Thomae videntur esse contraria, videlicet, quod S. Ignatius Episcopus ad Philipp. dicit, Diabolum nefare, quod bonum est, eo quod dignitatem repletur sic per inobedientiam. Et August. in Enchirid. cap. 24. & 25. sic fuit homini subintrasse ignorantiam rerum agendam; & propter quam lib. 9. de Civit. Dei dicit, cum sepe falli: & lib. 20. c. 2. Daemonum, & hominum miseriam vitam erroribus, & zelumis plenam esse.

VIII. Haec enim omnia componuntur, dicendo, Ignatum, & Augustinum loqui, non de cognitione speculativa, sed de practica, in qua sepe falluntur et didici: & etiam affimantes aliquid ex causis naturalibus eventurum, quod evenit, vel non eventurum, quod non evenit, exaccant eos superbia, invidia, & oblatione in malo voluntate. Hoc enim etiam D. Th. docet citata Q. 16. de Malo art. 16. ad 13. ubi, quod Diabolus in sua estimatione decipitur dicit, procedere de cognitione practica, vel affectiva, quod repetit ad 15.

S. II.

An fuerit obtemperatus circa supernaturalia?

IX. Dico secundo, Cognitio de divinis Mytheris non est totaliter ablata Daemonibus valde tamen imminuta. Loquitur autem de cognitione speculativa tantum, sicut cum quis per revelationem cognoscit secreta divinum. Ita S. Th. hoc art. 1. qui priorem partem probat: eo quia de huiusmodi secretis divinis tantum revelatur eis, quantum oportet, ut medianibus Angelis, vel per aliquam temporalia divinitus effectiva. Posterioriorem etiam partem ostendit, quia nec Verbum divinum intuentur, nec veram, ac proprie dictam fidem habent, ut 2. 2. q. 5. art. 2. probatur. Proinde nec aliquo supernaturali lumine illustrantur; & ideo eorum cognitio de talibus mytheris supernaturalibus est solum ex parte objecti. Nec ex pia affectione certo moti, sed ex evidenti signorum cordi Mytheris Inventionis per se habebant: si enim per se, & per certitudinem cognovissent, ipsum Christum esse filium Dei, & effectum passionis suae, nunquam Divinum gloriam erigebit praesertim. Ita D. Th. hoc art. 4.

X. Totum hoc expresse S. Augustinus lib. 9. de Civit. Dei cap. 2. a Div. Thom. laudatus, ubi docet, Christum Diabolo modo minus, modo magis, ut sibi placuit, innotuisse; Tantum (inquit) eis innotuit, quantum voluit; tantum autem voluit, quantum oportuit. Sed innotuit, non sicut Angelis Sanctis, qui eum secundum id, quod Dei Verbum est, participata aeternitate praesentunt; sed sicut eis veritatis innotescendum fuit, ex quorum tyrannica quadam modo potestate fuerat liberatus praesentibus in suum Regnum, & gloriam semper vracem, & vraciter sempiternam. Innotuit ergo Daemonibus, non per id, quod est vera aeterna, & lumen incommutabile, quod illuminatios pios, cui videntur per solum, qui in illo est, coram mundantur; sed per quaedam temporalia sua virtutis effecta, & occultissima signa praesentia, quae angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius, quam impietate hominum possent esse conspicua. Denique quando eis paululum suppremissum iudicavit, & aliquando alius laicit, dubitavit de illo Daemonum principe, cumque se tentavit, an Christus esset, exploravit. Et. Ita S. Augustinus.

XI. Dico tertio, Cognitio per gratiam, quae est affectiva, & inducens amorem Dei, totaliter privati sunt Demones, fides, & charitate. Ita D. Th. hoc art. 1. Est de fide, quae nos docet, Demones in aeternum dilectione Dei supernaturali super omnia fore privandos; & oblationis suae, atque in Deum odio ne aliquid supernaturalem Dei amorem, est imperfecum, sicut fargere solet in peccatoribus, concipiant in aeternum impediendos, ut suo loco dicemus.

Gerti Theol. Tom. I.

Referente S. Thoma hac q. 64. art. 2. Originis possessio fuit, quod omnis voluntas creata propter libertatem arbitrii potest fieri in bonum, & in malum, excepta anima Christi propter unionem Verbi, quae sic est fixa in bono, ut ad malum non possit fieri. Ex quo deducebat, Demones, & damnatos alios quando fore convertendos. Hoc errore notant Origenem, S. Hieronymus, S. Augustinus, S. Epiphanius, & alii. Quidam cum purgare contentent, de quo aliqua dicimus infra, sed cuiuscumque sit, haec possessio (inquit S. Doct.) talis virtutum beatitudinis a Sanctis Angelis, & hominibus: quia stabilitas sempiterna est de ratione vera beatitudinis, unde & vita aeterna nominatur. Repugnat etiam auctoritati Scripturae Sacrae, quae Demones, & homines malos in supplicium aeternum mittendos, hunc autem in vitam aeternam transferendos pronuntiat. Hanc eandem Originis positionem reprobat S. Doct. Q. 16. de Malo art. 5. Sed de hoc dicimus inferius, dum statuimus Daemonum poenas fore aeternas. Modo firmiter secundum fidem catholicam tenendum est, quod & voluntas bonorum Angelorum confirmata est in bono, & voluntas Daemonum oblatione est in malo: & haec est poena, quae ex peccato in Daemonum voluntate confluxit est.

II. De facto enim nullum Angelorum, qui peccaverunt poenitent, nullus a Deo consecutus est veniam; quod adeo verum est, ut oppositum reputetur errorem. Insuper enim in Scriptura 2. Petri 2. v. 4. ubi dicitur: Si enim Deus Angelos peccantibus non peperit, sed vendidit inferni detentis, in aeternum tradidit cruciandas. Ubi licet non ponatur signum distributivum, ut dicitur: Omnes Angelos peccantibus non peperit; tamen juxta D. Petri mentem illa indentia aequivalere universali, ut contingere solet in propositionibus doctrinalibus. Et eo magis, quia cum statim subintravit, Deum tempore Diluvii non pepercisse Mundo, & tempore Abraham non pepercisse civitatibus Sodomorum, & Gomorrhiorum, excepti Noe, & Lot. Ex quo non inepte colligitur, quod si S. Petrus intelligeret, aliquid ex Angelis peccantibus consecutus fuisset veniam, cum similiter exciperet. Hoc idem colligitur ex Epist. Juda v. 6. ubi Angeli, qui non servaverunt suum principatum, dicuntur in iudicium magni diei vinculis aeternis sub caligine reservari. Et Apoc. 12. v. 7. & 8. de Dracone, & Angelis ejus, qui cum Michaele preliati fuerunt, dicitur: Neque locus inventus est eorum amplius in Caelo.

III. Idipsum docent communiter SS. Patres, qui varias tam rigorosi iudicii congruentias assignant; quare Deus cum hominibus locum poenitentiae dederit, illum Angelis peccantibus non concesserit. Quorum prima est: quia substantia prae spiritualis, neque internis habens passiones, neque naturae fragilitatem, quae sine illis incitant ad peccandum, ut contingit in homine. Hanc tradit Damasc. lib. 2. de Fide c. 3. dicens: Poenitentia prope (Angelus) in ratione minimo capax est, quia incorporeus est. Nam, quod homo poenitentiam consequuntur fit, idcorperis imbecillitati fuerat ascribendum. Eandem tradit Greg. Nyss. lib. 2. sua Philosophia c. 4. & S. Greg. lib. 4. Moral. c. 9. modo 3. IV. Secunda congruentia est: quod Angelus erat constitutus in summo honoris extra beatificum statum; & ideo corruptus fuit poenitentia communitus: homo vero in humilioris postus statum ad generandi officium destinatus, non de tam alto sublimitatis fastigio lapsus est; & ideo non tam fractus, quin reparari poterit. Ita quisquis fuerit Auctor librorum de Mirabil. Sacrae Script. olim S. Augustini nomen praesertim l. 1. c. 2. V. Tertia congruentia assignatur: quia homo alio fuggerente, nempe Demone, & propria uxore corrumpitur: Angelus vero nullo incitante, sed sola sua voluntate in superbiam elatus est. Hanc tradit S. Greg. lib. 4. Moral. cap. 9. modo 3. dicens: Quia nimium Angelus sua malitia incidit, hominum vero alioa profrenit.

VI. Quarta congruentia est: quoniam in Angelorum lapsu non tota angelica perit natura; immo major pars in bono perstitit, in eoque fuit confirmata: ad primo homines peccantes, tota humana natura, & species perit: placuit itaque non universitati Creatori, atque moderatori Deo, ut quantum non tota multitudo Angelorum Deum deservendo periret, ea qua peccaverat, in perpetua perditione remaneret. Ita S. August. in Enchirid. cap. 29. Hanc, aliaque congruentias asserit D. Th. in 2. dist. 7. q. 1. art. 2.

VII. Quinta, quam amplectitur D. Thomas, tum loco mox citato; tum Qu. 16. de Malo art. 5. tum hac 1. part. q. 64. art. 2. Sumitur ex conditione naturae angelicae, quae talis est, ut antequam adheret bono, vel malo libera sit ad utrumque; postquam vero jam adhaerit, immobiliter adheret: & sic boni Angeli semel adherentes iustitiae, sunt in ea confirmati & mali vero peccantes, sunt in peccato oblationis. Ita docet D. Th. laudatus.

VIII. Hanc rationem (de more) non probat Scotus, dicens, rationem ob quam Demones non resipuerunt, nec resipiscere possunt, non esse eorum inflexibilitatem, vel immobilitatem voluntatis post electionem; sed eam iri praeferentiam, & formaliter ex denegationis divini auxilii necessari ad resipiscendum: ex qua sequitur prava affectio voluntatis eorum, quae unusquisque damnatorum immobiliter adheret fini perverfo, quem

uniquique felegit in ultimo instanti viz. Ita sententiam Scoti exponit Frallen Tract. 1. Disp. 3. Q. 3. Conclus. 2. de Malitia Damonum. Sententia tamen D. Thomae a nobis tenenda est. Unde

§. II.

Ratio D. Thomae pro obstinatione Damonum defenditur.

IX. Dico. Radialis & prima ratio, qua Demones post peccatum non respiciunt, nec poterunt respicere, est inflexibilitas & deliberata elegerunt. Dixi radialis & prima ratio, quia non nego, denegationem auxilii ad respiciendum esse causam proximam, qua immobiliter pravo fini adherent; sed quare Deus denegat auxilium ad respiciendum Angelo peccanti, & non denegat homini, dico, causam esse conditionem voluntatis angelicæ, quæ postquam semel elegit, vertibilis amplius non est, & statim attingit terminum suæ viz. vel æternæ beatitudinis, vel æternæ miseræ. Conclusio sic explicata

X. Probatur primo. Nulli ex Angelis peccantibus Deus dedit auxilium ad respiciendum, quia ex dictis nullus Angelorum peccato respicit; ergo hoc ideo, quia voluntas eorum non erat capax respiciendi, & proinde immobiliter adhereret peccato. Consequenter probatur. Nam si voluntas Angelorum fuisset capax respiciendi, permississet ad Providentiam misericordem Dei, saltem aliquibus auxiliis ad respiciendum consentire, sicut illud confert hominibus peccatoribus; ergo sicut, ex quo nulli Angelorum in primo instanti denegavit Deus auxilium necessarium ad non peccandum, arguimus supra, hoc ideo fuisse, quia pro illo instanti peccare non poterant; ita ex quo nulli Angelorum post peccatum concessit auxilium ad respiciendum, arguimus, eos respicere non potuisse; quare obstinatio, & immobilitas adhesionis fini perverso non fuit effectus, ut putat Scotus, sed causa denegationis auxilii ad respiciendum.

XI. Probatur secundo, exponendo rationem D. Thomae. Sicut voluntas immobiliter adherens recto fini est causa, & ratio firmitatis in bono; ita voluntas immobiliter adherens fini perverso est causa, & ratio obstinationis in malo; sed voluntas Angelis talis conditionis est, ut immobiliter adherat fini recto, seu perverso, quem semel perfecte ac deliberate elegit; ergo hæc est causa, & ratio &c. Maj. traditur a D. Th. in 2. Sent. dist. 7. q. 1. art. 2. dicente: sicut impossibile est, a voluntate inclinabiliter adherente recto fini, procedere opus peccati; ita e converso impossibile est, a voluntate adherente inclinabiliter perverso fini, aliquid rectum opus provenire. Et patet in Beatis, & in damnatis: in illis enim immobilis adhaesio summo bono est radix firmitatis eorum; in istis autem immobilis adhaesio fini perverso est radix eorum obstinationis in malo.

Min. vero a D. Th. probatur. Voluntatis, quæ ex sua naturali talis conditionis est, ut in perfecta, & deliberata electione finis petat regulari a iudicio intellectus profusus immobilis, adheret fini profusus intellectus & deliberata electione finis, petit regulari a iudicio intellectus profusus immobilis; ergo adherere &c. Maj. prob. Tum quia talis naturæ est actus voluntatis, quæ est iudicium intellectus, quod sequitur tanquam regulam. Tum quia in tantum variatur electio in voluntate, ut displicere incipiat, quod ante pleuebat, in quantum variatur in intellectu iudicium; dum, vel cessante passione, vel habitu mutato, proponitur ut malum, quod prius proponebatur ut bonum. Min. vero sic evincitur, Voluntatis Angelis dum sibi plene, ac deliberate finem præstituit, regulatur a iudicio comprehensivo finis, videlicet proponente ei objectum cum omnibus circumstantiis, quibus vestiri potest; ergo tale iudicium in nobis, in quantum apparere incipit aliqua circumstantia in objecto, quæ ante non apparebat, nec considerabatur. Et hoc est, quod dicit D. Th. hoc art. 2. quod Angelus apprehendit immobiliter intellectum, sicut nos immobiliter apprehendimus prima principia, quoniam est intellectus: homo vero per rationem apprehendit mobiliter discurrendo de uno ad aliud, habens viam procedendi ad utrumque oppositum. Unde voluntas hominis alicui mobiliter, quasi potens ab eo discedere, & converso adherere: voluntas vero Angelis adheret fixo & immobiliter.

XII. Explico magis, Quidquid ex vi principiorum comprehensive cognitorum acceptatur, vel recusat, inflexibiliter acceptatur, vel recusat; quia eadem indivisibili tendentia acceptatur, vel desinitur; quia ipsa principia: sed Angelus in deliberando de fine usus est principis a se comprehensis, non solum pro operanda propria excellentia, sed etiam pro recufanda divina regula, & lumine superiori; ergo inflexibiliter non solum acceptavit pro fine suam excellentiam, sed & ipsam exclusionem divini luminis; & sic determinatus mansit in non admittendo illud, ut immobiliter fixus sit in malo, & in recufatione remedii. Unde ut Deus Diabolum converteret, nec esse foret, ut, vel infunderet illi lumen clarum supernaturale vincens eam comprehensionem naturalium principiorum; vel quod destruedo modum connaturalis eius in cognoscendo, reduceret illum ad modum cognoscendi, & statum quo fuit in primo instanti suæ creationis; ut inde inciperet iterum de novo eligere, & deliberare de fine.

XIII. Si dicas cum Scoto, & suis, rationem hanc fundari in eo, quod Angelus attingat sine discursu, quod est falsum. Deinde esto non esset in Angelo discursus secundum causalitatem, est tamen discursus secundum successione; quia co-

gnoscere potest unum post alium, & sic dari in eo mutatio cognitionum, quæ potest mutare voluntatem: nam mutatio cognitionis non tam dependet ex discursu casuali, sed & successivo, quo diversa objecta vel motiva successive manifestantur: ex diversa autem manifestatione objecti mutatur voluntas, & sic potest modo modo objecta considerare, & ab eo, quod voluit semel, resilire. Ita Demones modo Christi mortem procurabant, modo ab ea retrahebant; unde variato motivo variabat voluntas.

XIV. Præterea: Potest Angelus uti aliqua specie, vel principio solum inadæquate, & modo ut representat hoc, & non illud; ergo potest uti aliquo principio ad cognoscendum unam veritatem, & unum motum, & postea aliud, & sic variari in Angelo cognitio.

XV. Non obstant tamen hæc. Non primum; quia Angelum sine discursu intelligere non solum in naturalibus, sed & in supernaturalibus; jam superius ostendimus. Quo supposito, & probato, cum eadem immobilitate ex parte actus feratur in conclusionem, ac in principium, æque immobiliter adheret utrique: & quidem necessario, non quod exercitium, sed quod specificationem, ut non possit divertere ad oppositum, tam in cognoscendo, quam in eligendo.

XVI. Neque obstat, quod secundo additur. Nam esto admittamus in Angelo discursum secundum successione tempore quod cognoscit unum post aliud, negamus tamen, hoc conducere ad retractionem eius, quod semel deliberate elegit, quia ad retractionem eius, quod semel deliberate elegit, non confert quicquam successivo, aut diversitas cogitationum diversa objecta attingentium; sed solum conductio nova, & diversa cognitio circa idem objectum, quod melius, & diversitate modo apparet nunc, quam ante: quod solum potest contingere, quando novo lumine illustratur, aut aliquid novum, quod de illo latebat, nunc apparet. Si enim tale objectum novo modo non consideratur, sed id, quod per cognitionem succedentem cognoscitur est diversum, nihil omnino conducit ad mutandum dictamur circa prius objectum. Circa autem id, quod semel resolutorie Angelus elegit, non potest esse representari aliquid, quod eius variet judicium; aut saltem connaturaliter hoc fieri nequit: tum generali ratione. Nam si homo cordatus, & prudens non procedit ad ultimam resolutionem in magno negotio, nisi attentis, & bene perpensis omnibus motivis, & circumstantiis; quanto magis Angelus hoc modo processit in deliberando de suo ultimo fine. Tum ratione specialia. Nam Angelus cum deliberavit de suo ultimo fine peccando, eodem indivisibili actu consideravit excellentiam propriam comprehensive, & plena cognitione in suis principis, & recufavit, sive exclusit a se supernaturale lumen, nolens per illud dirigi, sed in sua naturali excellentia remanere; & ipsa exclusio divini luminis fuit una ex conclusionibus ad quam se determinavit: unde exclusit viam omni remedio ad suam conversionem; ad eum modum, quo peccantes in Spiritum Sanctum ex ipso genere, & objecto peccati se opponunt gratiæ Spiritus Sancti. Unde si tales dum aliquando sanantur, quasi miraculose sanantur, ut docet D. Th. 2. 2. q. 14. art. 3. multo magis non nisi vero miraculo sanaretur Dæmon; qui, nondum ex parte objecti, sed ex parte actus, post plenam omnium considerationem nullo considerat divinam regulam, & a se Spiritum Sanctum plena deliberatione exclusit. Quod autem dicitur de Diabolo, qui modo Christi mortem procurabat, modo ab ea retrahere conabatur; sicut, & alia exempla, quæ ex Sacra Scriptura afferri possunt, quibus apparet, Angelos mutasse voluntatem, non sunt ad rem. Sunt enim de rebus, de quibus Angeli habebant solum notitiam dubiam, & conjecturalem, non vero certam, perfectam, & comprehensivam, de qua in præfenti loquimur. Diabolus enim, cum non certo sciret, quod Christus esset verus Filius Dei, sed solum ex aliquibus signis conjectaret, potuit modo eius mortem velle, modo nolle; sicut in aliis casibus, in quibus non erat ante explorata Dei voluntas: hæc postea cognita, poterunt Angeli voluntatem mutare, ut legitur Daniel. 2. ubi Angelus Custos Perfarum, qui ante repugnabat Angelo Custodi Israelitarum pro eorum liberatione, audita per Archangelum Michaelem contraria Dei voluntate, mutavit sententiam. At nos loquimur de eo, quod voluntate, mutavit firmiter, & complete statuit, & elegit maxime circa ultimum finem: hoc enim dicitur retrahere non posse.

XVII. Hinc non obstat, quod tertio dicitur. Ex quo enim Angelus post inadæquate solum ut specie, vel principio, sequitur quidem, posse dari in Angelo successione cognitionum; non autem, quod a cognitione semel habita, & electione vi illius facta, possit resilire: quia semper supponitur facta cum plena, & comprehensiva advertentia objecti, & omnium circumstantiarum, qualem supponimus habuisse Angelos dum peccantur.

XVIII. Sed dices primo. Constat, omnes Angelos qui peccaverunt mutasse priorem voluntatem, quam in primo instanti habuerunt, de bona scilicet in perverfam; ergo etiam postea mutare poterunt de perverfa in bonam.

XIX. Dices secundo. Diabolus experiendo poenam damnationis, quam patitur, vidensque se factum creaturæ, nempe igni, subiectum, iudicat modo, non esse sibi conveniens, appetere suam beatitudinem, & recufare divinum lumen; ergo modo mutavit iudicium &c. & proinde etiam voluntatem.

XX. Respondetur ad primum, neg. consequ. non enim bene arguitur a prima voluntate, quam habuit in primo instanti, ad quam non se movebat; sed movebatur specialiter a Deo, ut ostensum est, ad secundam voluntatem, quam in secundo instanti sese determinans, & quasi sui juris, ex plena deliberatione habuit. Ego enim etiam tam comprehensive attingeret principia, & formaret iudicium præcise certum, illud tamen non formabat, ut motus a propria voluntate, sed a Deo; ideoque non erat sufficiens ad electionem perfecte liberam, hoc est libertate tam exercitium, quam specificationis: nec plene operabatur secundum suam naturam, quomodo operatus est in secundo instanti, quo a se movebatur plene ad eligendum. Quare ex electione facta in secundo instanti secuta est immutabilitas in objecto electo, non ex electione facta in primo. Unde D. Th. hoc art. 2. caute dixit: si consideretur ante adhesionem (deliberatam, & resolutoriam) potest libere adherere finis, & opposito, in his scilicet, quæ non naturaliter vult (qualia sunt contingentia, & supernaturalia) sed postquam jam adhesionem immobiliter adheret; quia non potest amplius formare iudicium præcise de opposito.

XXI. Ad id, quod secundo dicitur, dist. ant. iudicat speculative, conc. ant. præcise, nego ant. & ideo nequit in eo nati voluntas detestativa culpæ commisit. Sentit ergo poenam, & eam nolle; at non sentit culpam, quasi eam refugiat: Unde D. Th. Q. 16. de Malo art. 5. ad 6. Diabolus (inquit) non potest in se proprie loquendo culpam sentire: ita scilicet, non apprehendat, & refugiat, quasi malum culpa suam peccatorum; quia hoc pertinet ad mutationem liberi arbitrii. Et hoc fieri debent etiam Scoditz; alias dicitur cogentur, Demoniis voluntatem mutare, & a peccato ad Deum converteri, quod tamen negare debent, & cum D. Th. citato in fine Corp. dicere, quod Demones post peccatum, quamvis diversa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant; quia in omni eorum electione permanet via prima electionis ipsorum.

Ex quibus inferitur, Angelum peccando, esse manserit liber circa hoc, vel illud malum, amissio tamen libertatem circa bonum. Et hoc ex conditione sue naturæ, quæ petit immobiliter adherere fini, quem ex plena deliberatione semel elegit. Unde D. Th. Q. 16. de Malo art. 5. ad 4. ait: immobiliter permanere in malo non convenit Diabolo ex una causa, scilicet duabus. Nam esse in malo convenit ei ex propria voluntate: sed immobiliter inchoare ei, ad quod voluntas applicatur, convenit ei ex propria natura. Quamvis vero in hoc statu posito sit impossibile ei converteri ad Deum; at tamen: Sicut ubi cæcitate non peccare, non quidem considerato presenti statu, sed considerata ubi cæcitate voluntaria causa, secundum quam impetratur ei aliquid ad culpam: ita etiam potest intelligi, quod Diabolus non potest converteri ad Deum, quamvis hoc sit ei impossibile secundum presentem statum, quia in hunc statum est voluntaria causa accedens. Ita S. Th. Q. 16. de Malo art. 5. ad 11.

beratione habuit. Ego enim etiam tam comprehensive attingeret principia, & formaret iudicium præcise certum, illud tamen non formabat, ut motus a propria voluntate, sed a Deo; ideoque non erat sufficiens ad electionem perfecte liberam, hoc est libertate tam exercitium, quam specificationis: nec plene operabatur secundum suam naturam, quomodo operatus est in secundo instanti, quo a se movebatur plene ad eligendum. Quare ex electione facta in secundo instanti secuta est immutabilitas in objecto electo, non ex electione facta in primo. Unde D. Th. hoc art. 2. caute dixit: si consideretur ante adhesionem (deliberatam, & resolutoriam) potest libere adherere finis, & opposito, in his scilicet, quæ non naturaliter vult (qualia sunt contingentia, & supernaturalia) sed postquam jam adhesionem immobiliter adheret; quia non potest amplius formare iudicium præcise de opposito.

XXI. Ad id, quod secundo dicitur, dist. ant. iudicat speculative, conc. ant. præcise, nego ant. & ideo nequit in eo nati voluntas detestativa culpæ commisit. Sentit ergo poenam, & eam nolle; at non sentit culpam, quasi eam refugiat: Unde D. Th. Q. 16. de Malo art. 5. ad 6. Diabolus (inquit) non potest in se proprie loquendo culpam sentire: ita scilicet, non apprehendat, & refugiat, quasi malum culpa suam peccatorum; quia hoc pertinet ad mutationem liberi arbitrii. Et hoc fieri debent etiam Scoditz; alias dicitur cogentur, Demoniis voluntatem mutare, & a peccato ad Deum converteri, quod tamen negare debent, & cum D. Th. citato in fine Corp. dicere, quod Demones post peccatum, quamvis diversa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant; quia in omni eorum electione permanet via prima electionis ipsorum.

Ex quibus inferitur, Angelum peccando, esse manserit liber circa hoc, vel illud malum, amissio tamen libertatem circa bonum. Et hoc ex conditione sue naturæ, quæ petit immobiliter adherere fini, quem ex plena deliberatione semel elegit. Unde D. Th. Q. 16. de Malo art. 5. ad 4. ait: immobiliter permanere in malo non convenit Diabolo ex una causa, scilicet duabus. Nam esse in malo convenit ei ex propria voluntate: sed immobiliter inchoare ei, ad quod voluntas applicatur, convenit ei ex propria natura. Quamvis vero in hoc statu posito sit impossibile ei converteri ad Deum; at tamen: Sicut ubi cæcitate non peccare, non quidem considerato presenti statu, sed considerata ubi cæcitate voluntaria causa, secundum quam impetratur ei aliquid ad culpam: ita etiam potest intelligi, quod Diabolus non potest converteri ad Deum, quamvis hoc sit ei impossibile secundum presentem statum, quia in hunc statum est voluntaria causa accedens. Ita S. Th. Q. 16. de Malo art. 5. ad 11.

§. III.

Solventur aliqua contra dicta.

XXII. Pro majori tamen explicatione didorum, obijces primo. Esse immutabilem, facta electione, vel conventionem Angelo ratione perfectionis, vel ratione imperfectionis: non ratione perfectionis; quia esse immobilem in malo, & inemendabilem, non est perfectio, immo summa imperfectio, & miseria: non ratione imperfectionis; alia homini, qui est imperfectior Angelo, hoc debet convenire, quod tamen est falsum.

XXIII. Secundo. Liberum arbitrium Angelis nihil amisit posita electione quod ante habuit, nihil etiam acquisivit de novo, quod ante non haberet; ergo sicut antea habebat libertatem ad bonum, sic etiam post.

XXIV. Tertio. Eito Angelus procedat comprehensive circa naturalia, non tamen circa supernaturalia, quæ imperfectio circa cognitio, nempe per fidem: sed peccatum Angelis fuit circa supernaturalia; ergo cum non redidit inflexibilitatem. XXV. Quarto. Si confirmatio in malo est ex conditione naturæ Angelis, idem dicendum erit de confirmatione in bono, cui semel adhaesit; ergo perseverantia in bono, vel non erit ex gratia Dei, vel non erit gratia distincta a gratia prime electionis: cum tamen perseverantia sit specialissimum donum.

XXVI. Respondetur ad singula. Ad primum: esse inemendabilem non dicitur quidem perfectionem, sed eam supponere, quia supponit modum apprehendendi res sine discursu, & comprehensive; ex quo oritur firma, & immobilis adhaesio fini semel electo. Quare sicut immobiliter adherere bono, formaliter summa perfectio, & felicitas est tam in se, quam in sua radice: ita immobiliter adherere malo, esto in se imperfectio, & miseria sit, in sua tamen radice perfectio est; licet peccando ea Diabolus abusus sit, & voluntarie se in miseriam deiecerit.

XXVII. Ad secundum, respondeo, hoc argumentum sibi proponere. D. Th. Q. 24. de Veritat. art. 10. in arg. 14. cui sic respondet. Ad 14. dicitur, quod peccatum libero arbitrio advertentis non admittit aliquid essentialium, quia sic species liberi arbitrii non remaneret; sed per peccatum aliquid additur, scilicet unio quædam liberi arbitrii cum fine perverso, quæ ei quodammodo naturalis effectus. Et ex hoc necessitatem habet, sicut & alia, quæ sunt liberi arbitrii naturalia. Induit ergo Angelus, post electionem, novam dispositionem, & novum statum, quo objectum de se indifferens non respicit amplius cum indeterminatione, sed cum determinatione; quod de damnatis omnes dicere tenentur.

XXVIII. Ad tertium dico, quod cum Angelus peccaverit circa finem supernaturalem recufando illum, vel ordinem ad illum ex inordinata adhesionem ad finem naturalem, & suam excellentiam naturalem; eadem comprehensione, quæ suam excellentiam naturalem elegit, motus est ad recufandum finem supernaturalem, & claudendum oculos, ne illum modo as-

divo ex modo saltem operandi videret. Quare quidquid fieri, in principia supernaturalia comprehendat Angelus, patet tamen ex principis naturalibus comprehensis ad ea recufanda moveri, & contrahere in iis recufandis immobilitatem. Vide D. Th. Q. 16. de Malo art. 5. inferius referendum num. 31.

XXIX. Ad quartum, nego consequ. Perseverantia enim in bono in sanctis Angelis specialissima gratia fuit, & distincta a prima omnibus in primo instanti concessa, qua desinita fuerunt, qui in secundo instanti a fine supernaturali, ad quem in primo conversi fuerant, oculos avertunt. Quod vero quod per gratiam steterunt, ita in bono firmati sunt, ut immobiliter ei adhererint; hoc fuit, quia cum gratia se accomodat modo connaturali operandi, qui in Angelis est, ut post primam liberam, & plenam electionem in bono immobiliter; ideo per gratiam fuerunt in bono firmati: sicut ab opposito, ex eorum naturali conditione ortum fuit, ut malis pro semper subtraheretur gratia, & firmarentur in malo; quia statim facta prima electione, finitur via Angelorum, sive in bono, sive in malo.

XXX. Hinc concludo præsentem assertionem, afferendo aliam rationem, qua utitur D. Th. in 2. dist. 7. q. 1. art. 2. sic. Quando cumque aliquis devenit ad terminum vite, non potest deflecti ab eo sine, cui adhaerit, sive sit bonus, sive malus: sed factus finis vite hominis est mors sua, ita finis vite Angelis est terminus electionis suæ, qua bono adheret, vel malo; ergo sicut homines post mortem in bono confirmantur, vel in malo, ita & Angeli post conversionem, vel aversionem. Ita dicitur S. Doct. qui statim subdit: Datur autem homini longior vita, quam Angelo, quia erat magis a Deo dispensatus, & oportebat, quod in ejus cognitionem inquirenda perveniret; Angelus autem statim deformi intellectu, sine inquisitione in divina pervenire potuit. Ex his conficitur ratio alia. Nam Angeli sunt similes Deo; quantum patitur creatura conditio: sed voluntas Dei postquam aliquid semel decrevit est profusus immutabilis, quia cognovit omnes rationes, quas habere poterat decernendi; ergo similiter cum Angeli penetraverint in secundo instanti omnes rationes, quas habere poterant suam formandi plenam electionem, nec ulla eis nova ratio poterit occurrere ad eligendum, quam tum non cognoverint; postquam semel elegerunt in sua electione immobiles permanerunt. Quæpter si cum plenam cognitionem quod debebant adherere Deo ut ultimo fine, ex malitia suæ voluntatis, & pravo dictamine pratico elegerunt potius suo bono proprio adherere, recufantes Deum pro ultimo fine, in hac electione prava persistere debuerunt.

XXXI. Claudant omnia hæc verba S. Thomae Q. 16. de Malo art. 3. sæpe citato in corp. ubi postquam docuit, quod sicut angelicus intellectus immobiliter se habet circa omnia, quæ naturaliter cognoscit: & quia voluntas proportionatur intellectui, consequens est, quod etiam voluntas eorum sit immobilis circa ea, quæ ad ordinem naturæ pertinent; transiens postea ad supernaturalia, prosequitur: Verum est aversio, quod sunt in potentia respectu motus in supernaturalia, sive per conversionem, sive per aversionem. Unde hæc sola mutatio in eis esse potest, si de gradibus naturæ ipsorum moveantur in id, quod est supra naturam convertendo se, vel aversendo. Sed quia omne, quod aversio alicui, aversio ei secundum modum sui naturæ, consequens est, ut immobiliter Angeli perseverent, vel in aversione, vel in conversione respectu supernaturalis boni (& hoc est ab intrinseco) ex parte vero extrinseca immutabiles sunt vel in bono, vel in malo post primam electionem; quia tunc finitur in eis status viatoris. Unde non pertinet ad rationem divini sapientiar, ut ulterris Damonibus gratia infundatur, per quam revocentur a malo prima aversionis, in qua immobiliter perseverant.

XXXII. Ex dictis inferitur primo, statim post primam plenam electionem, completam fuisse viam Angelorum, & qui steterunt fuisse beatos, qui vero peccarunt, damnatos. Immo est, Deo sic volente, duntius via Angelorum, puta ad certum annos, durasset; adhuc post primam electionem fuisse immobiles, sive in bono, sive in malo, immobilitatem tamen nondum consummata.

XXXIII. Inferitur secundo, obstinationem in hominibus damnatis esse quoque petendam non solum ex subtrahitione divine gratiæ, sed ex intrinseca eorum inflexibilitate in malo. Unde de D. Th. Q. 24. de Verit. art. 11. Anima (inquit) separata Angelo conformatur, & quantum ad modum intelligendi, & quantum ad indivisibilitatem appetitus, quæ erant causa obstinationis in Angelo peccante. Unde per eandem rationem in anima separata obstinatio erit. Et quia post resurrectionem corpus sequetur conditionem anime, dicit, quod tunc eadem obstinationis ratio manebit.

XXXIV. Inferitur tertio. Esti Demones aliquid opus ex sua specie bonum facerent, in eo tamen peccant; quia semper est prava intentione vitium. Quare D. Th. q. 16. de Malo art. 5. ait: Et ideo quamvis diversa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant; quia in omni eorum electione permanet via prima electionis ipsorum. Et quidem si status beatorum non esset capax alicujus peccati, neque status damnatorum erit capax alicujus boni moralis; quia sicut illi sunt consummate in bono firmati; ita isti in malo: & sicut illi ratione gloria, quæ felices sunt, nunquam cessant ab amore Dei, & ex ipso omnia faciunt; sic isti ratione poenarum, quibus continuo torquentur, nunquam cessant ab odio Dei, & ex eo ad omnia, quæ faciunt, moventur.

An dolor sit in Demonibus?

XXXV. Altera poena, quam in voluntate Demones contraxerunt peccando, est dolor. Quia tamen dolor accipi potest, ut est passio appetitus sensitivi, & ut est simplex actus voluntatis.

Dicit D. Th. hic q. 64. art. 3. quod dolor, ut est passio appetitus sensitivi, in Demonibus esse non potest; quia cum sine natura pure intellectualis, huius appetitus expertes sunt, cum organo corporali sit alligatus: dolor vero, ut est simplex voluntatis actus, in eis est. Et probat: quia dolor hoc modo nihil aliud est, quam renitens voluntatis ad id quod est, vel non est; seu renitens voluntatis, frustra aliquid, quod habet, & se removere cupientis; vel frustra molientis aliquid acquirere; quod non habet: sed Demones multa vellent non esse, quae sunt, seu non habere, quae habent, & esse, quae non sunt, seu habere, quae non habent; vellent enim cum sint invidi, damari eos, qui salvantur; vellent se non detineri igne, nec puniri; vellent liberari a poenis; non expelli a corporibus humanis; quia superbi vellent omnibus praesse, ab omnibus adorari, quae omnia frustra volunt; ergo &c.

XXXVI. An vero dolor ita implet voluntatem Demonum, ut nullum in ea relinquat gaudium locum, contraveritur inter Doctores. Videri potest, vero gaudium eos perfundi, cum hominem tentatione vincunt, cum damnatur, cum ei aliquid malum inferunt; hoc enim consequuntur id, quod maxime desiderant; ad impletionem autem desiderii consequuntur gaudium; unde sicut Angeli in Caelo gaudent super peccatoris conversione, sic Demones gaudent super hominis lapsu & damnatione. Quibus divere videtur S. Augustinus, l. 2. de Genesi contra Manic. c. 17. dicens: Diabolus praesentem habet in eos, qui Dei precepta contemnunt, & de hoc non infeliciter potest loqui. Cui adherere etiam censent aliqui D. Th. qui hoc art. 3. ad 1. praedicti Augustini textu supposito, dicit: gaudium, & dolor de eodem sunt opposita, non autem de diversis. Unde nihil prohibet, unum simul dolere de uno, & gaudere de alio, & maxime secundum quod dolor, & gaudium important simpliciter voluntati animi: quia non solum in diversis, sed etiam in una eadem re potest esse aliquid, quod volumus, & aliquid, quod nolumus.

XXXVII. Alii tamen censent, in Demonibus verum gaudium esse non posse; quia summus dolor non admittit secum aliud verum gaudium, etiam de alio objecto distincto: unde, qui vehementer dolore cruciatur, & excessiva conficitur tristitia, de nulla re gaudet ac delectatur: sed Demones summo dolore cruciantur, ac in summa positi sunt tristitia, quae nullo modo remitti, aut mitigari potest, physico essentialis eorum miseriae fuerit invariata manet, ergo &c. Quod si maximum miserabilem fuit, quod Christus malis fuerit visione Dei, & dolores patitur; miraculum esse ponere in Demonibus cum summis tristitia, & miseria; aliquid verum gaudium, quod non est dicendum.

XXXVIII. Conciliari tamen posse credentem has duas opiniones dicendo: gaudium quod in Demonibus est predictis confurgit non esse verum, sed phantasticum; seu revera Demones non gaudent, sed gavissimos fore de praefatis, nisi summo dolore impediuntur; quod est admittere causam sufficientem gaudii, non gaudium. Prior modus eruitur ex D. Th. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. quod dicitur ad 4. ubi de damnatis dicens, quod habent aliquod gaudium, dum impletur hoc, quod desiderant, sicut & Demones, dum homines ad peccata pertrahunt; expresse dicit, hoc gaudium non verum esse, sed phantasticum; quia eorum poenis essentialis per hoc non minuitur: sed potius accidentaliter crescit ex multitudine damnatorum; sicut ex multitudine beatorum crescit gaudium accidentaliter bonorum Angelorum ut indicat S. Th. in 2. dist. 7. q. 2. art. 2. ad 5. Secundum autem modum conciliandi ex eodem Div. Th. in 4. Sent. loco citato deducitur, ubi ait, Demones aliquomodo gaudent de malis nostris, sicut boni Angeli de infidelium compati dicuntur. Ceterum est autem, bonos Angelos, nec compassionis, nec doloris formalis capaces esse; cum id eorum status non permittat, sed quia malum nostrum, cum contrarium sit eorum desiderio, naturam est excitare in eis compassionem, & dolorem, quamvis de facto in eis non excitet. Ita in Demonibus malum nostrum cum implet eorum desiderium, naturam est in eis aliquod gaudium causare, esto de facto ob eorum infelicem conditionem non causet, quod est admittere in eis causam gaudii, non effectum. Sed haec sufficiant.

DUBIUM III.

De poena ignis, qua Demones torquentur.

S. I.

An in Inferno sit ignis corporeus cruciatus?

Ullum Infernum esse qui hominibus in impoenitentia mortuis, sicut & Demonibus locus poenalis esset, negavit anno 1204. Almaricus natione Gallus, patria Carnotensis, Parisiensis Doctor, Philippo Barbarossa filio Imperante, & Innocentio III. Romano Pontifice; qui consequenter etiam nullum Paradisum esse contendebat, dicens: quod, qui in se Dei cognitionem haberet, illum habere quoque in se Paradisum; qui contra peccatum mortale haberet, Infernum habere in se, non aliter, quam dentem putridum in ore.

Errorem illum in Concilio Lateranensi IV. cum aliis ejusdem Almarici blasphemiam damnatum, anno 1249. excitavit quidam Herminus Rivischi Baganus; qui ob hunc, alioquin erroneos, captus, sed poenitentiam faciens dimissus, deinde in graviores amentias relapsus; anno 1252. Age comitis iterum captus, igni addictus est; ut qui ignem pro altera vita negabat, in hac vita, & altera experiretur.

II. Ceterum Infernum, & pro hominibus, & pro Angelis peccatoribus esse, clamat Scriptura. Pro hominibus quidem Christus ipse testatus est in illo divite, de quo Luca 16. v. 22. & 23. dixit: Mortuus es autem & dices, & sepultus es in inferno. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis. Pro Demonibus autem indicavit Divus Petrus in Epist. 2. cap. 2. v. 4. dicens: Si enim Deus Angelis peccantibus non peperit, sed reudibus inferni detrahit in carcerem iracundiae cruciandis, in iudicium reservat. Et pluraque inferni scripturae testimonio adducemus, dum de igne, & perpetuitate poenarum Inferni fermo erit.

III. Ex his, qui Infernum admittentes, in eo ignem verum esse, quo damnati torquentur, negarunt, unum fuisse Originem, censet in altero alios, S. Hieronymus lib. 2. ad. Rufinum, dicens: Ignis autem aeternus, quos intelligere solus Originem, puto quod re non fugias, conscientiam videlicet peccatorum, & poenitentiam interna cordis urantem: De qua, & Ista loquitur (cap. 66. v. 24.) Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Aliqui tamen ad hoc novo Originem liberare conantur. Hoc tamen certum iudico, saltem Originem hunc errorem ex scriptis Originis eruisse. Id enim restat Orosius in consuetudine ad S. Augustinum, de errore Priscillianistarum, & Originistarum (quae inter Opera S. Augustini legitur tom. 8. edit. Maurina) dicens de Priscillianistis, & Originistis: Ignem sine aeternum, quo peccatores puniuntur, arguit esse ignem verum, neque aeternum predicaverunt dicentes, dictum esse ignem, proprio conscientiae punitionem.

IV. Verum quidquid sit de Originistis, ac Priscillianistis, certum est, errorem hunc adoptatum fuisse a modernis Haereticis, quos Deists habet, seu novos Arianos & communiter Trinitarios, seu verius Anti-Trinitarios nuncupant, qui S. Trinitatis violatores impios: hi enim inter multos alios sua fœdè errores, hunc habent: Quod anima separata a corpore post mortem non patitur ignem corporeum, seu nullam post mortem remanere poenam sensibilem. Contra hos omnes fit

S. II.

Catholica veritas.

V. Deo. Ignis Inferni, quo torquentur homines peccatores post mortem, & Demones, est verus, physicus, realis, & corporeus. Hanc veritatem ostendunt primo verba Christi Iudaeis, qui Matth. 25. v. 41. Reprobis dicit: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus. Verum autem esse ignem expertus fuit miser ille dives, qui in Inferno sepultus exclamabat Luca 16. v. 24. Pater Abraham, miserere mihi: Et miser Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quod ergo miser ille petit aquam in refrigerium, si non in vero igne corporali ardebat, sed metaphorico?

VI. Respondent Deists, flammam illam, & aquam debere ibi accipi, sicut accipiuntur oculi, digitus, & lingua, de quibus ibi fit mentio: sed oculi, digitus, & lingua nominis per metaphoram intelligi possunt de anima damnata: ergo pari modo flamma, quae cruciatur Damna, & maxime Demones, qui puri Spiritus sunt, & aqua, quam dives ille petebat, in sensu metaphorico debent intelligi.

Ita intelligit S. Augustinus lib. 21. de Civit. Dei. c. 10. qui de praefato textu loquens, ait: Dixerunt quidam sic arsurus esse sine ulla suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille dives, quando dicebat, crucior in hac flamma, nisi convenienter responderi cernerent, sicut fuisse illam flammam, quales oculi, quos levavit, & Lazarum vidit, quales linguam, cui humorem exiguum deservit infundit, quales Lazarus (digitus) de quo ille sibi fieri postulavit: ubi tamen erant sine corporibus anima. Sic ergo incorporeis & illa flamma, quae exarsit, & illa guttula, quam poscit, quales sunt: nisi nominatum, sed in expresso connotatione res incorporeas, habentes tamen similitudinem corporum. Ecce S. Augustinum accipientem metaphorice, & spiritualiter, sicut oculos, linguam, & digitos, ita & flammam, & aquam.

VII. Ad hoc tamen, in quo se triumphifice exultant haereticis, respondens neg. maj. Non etiam novum est, in eadem narratione Scripturam aliquando metaphorice interfere veris, maxime ut humano capiti, quae narrat, accommodet. Sic Christus, Joan. 4. v. 13. Mulieri Samaritae dixit: Omnis qui bibit ex aqua hac (hic sumit aquam corporalem, & veram) sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego habeo ei (hic sumit aquam spiritualiter, & metaphorice) non sitiet in aeternum. Item Matth. 26. v. 29. & Marci 14. v. 25. Jam (inquit) non bibam de hoc genimine vitis usque in diem illum (ubi loquitur de vino vero, & proprio) cum illud bibam novum in Regno Dei (ubi de vino spiritualiter accipi debet) Sic ergo cum Dives ille ait: Crucior in hac flamma; cum rogat, ut Lazarus aqua refrigeret ipsum, de flamma, & aqua vera, & corporea sermo est: dum vero sic describitur, ac si habeat oculos, linguam, & Lazarus digitos, metaphorica locutio est. Observandum quippe est, quod cum Christus de Divite & Lazaro tamquam de hominibus loqui coepisset; congruenter fuit, ut de eisdem post mortem similitur loqui pergeret, per synecdochem eis tribuens corporea membra, velut si illa adhuc haberent. Atque ita future vite statum representaret cor-

poratiter accommodata ad caput nostrum; quemadmodum Deo etiam corpore membra tribui solent. Quis enim rudiorum facile intelligeret, cum sine oculis vidisset, sine lingua locutum, sine corpore cruciatum?

VIII. Porro si attente S. Augustinus legissent, in eo Deists non exultarent; ibi enim cum loqui vidissent opinando, non attendendo, in aliquam sententiam, non sua. Et quod ita sit, ostendo. Tum ex verbis quae habet, nempe: nisi convenienter responderi cernerent. Tum ex his, quae dicit ante verba ab Adversariis allegata. Tum ex his, quae postea subiicit. Ante enim, statuto, Angelos nulla habere corpora, haec habet: Si autem quisquam vellet habere corpora Demones, immo spiritus, quos adhibent, eorum quosdam inspirantur, & animalia sunt, quos confert spiritus, & corpus; sed ut dicit miris & insubstantiabilis adhibendo accipientes ex ignis poenam, non dantes ignibus vitam. Clarior ne loqui poterat Augustinus, & pro catholica veritate ascendenda, & pro ea fœdenda? Si enim spiritus hominis quamvis profusus incorporeus post-mortem corpore includi, & tunc, idest post resurrectionem, corporis vinculis poterit insolubiter alligari; cur non poterunt Demones, etiam puri spiritus, igni, etiam corporeo, adherere, accipientes ex ignibus poenam, non dantes ignibus vitam?

IX. Verba etiam sequentia id evincunt. Post enim ea, quae ab Adversariis adducta sunt, mentem suam exponens: At vero gehenna illa, quod etiam flagrum ignis, & sulphuris dicitur, corporeus ignis erit, & cruciatus corpora damnatorum, aut & hominum, & damnatorum; sedis hominum, aeternam: aut tantum hominum corpora cum spiritibus, Demones autem spiritus sine corporibus habentes: sumendo poenam, non imperitendo vitam corporibus ignibus. Unus quippe usque ignis erit, sicut veritas ait (Matth. 25. 41.) Et Augustinum afferentem, quod Demones five aeterna corpora habeant, five spiritus incorporei sint, igni corporeo adherent, & ab eo torquentur.

X. Aliis quoque Scripturae textibus veritas haec confirmatur. Nam Deuter. 32. v. 22. legitur: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad infernum novissimum. Pl. 104. v. 7. Placet super peccatores ignis, & sulphur, & spiritus peccellaram, pars Calicis eorum. Et Ista 66. 24. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Quae affirmans Christus Marci 9. v. 44. & 45. Bonum (inquit) est tibi claudum introire in vitam aeternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennam igni inextinguibili: Ubi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguatur.

XI. Sed dices: Sicut praefatis verbis dicitur, quod ignis damnatorum non extinguetur, ita, quod Vermis eorum non morietur: sed Vermis ibi sumitur metaphorice; quis enim dicat, Demones, & animas separatas verbis rodi; at Vermis nominis intelligitur remorsus conscientiae; quae sicut vermes corpora, ita quodammodo animam rodit; ergo similitur ignis sumitur metaphorice pro animi dolore intensissimo, qui non extinguitur, sed in aeternum crebrabit.

XII. Circa hoc S. Augustinus l. 21. de Civ. Dei c. 9. dicit, suo tempore duas fuisse opiniones. Unam eorum, qui utrumque, ignem scilicet, & vermem, referebant ad animi poenas, non corporis; & hi tam nomine ignis, quam vermis intelligebant dolorem animi, quo fero, atque infructuose damnatos poenitet. Alteram eorum, qui poenas animi, & corporis ibi designari existimarent, dicebant, igne ut corpus, animam quoque rodi vermes mortificari. Quod credibilis ipse existimat, nempe quod dum corpus uritur igne, animus sterili poenitentia crucietur: legitur enim Ecclesiast. 7. v. 19. Vindicta carnis impii, ignis, & Vermis. Concludit autem S. D. Eligat quisque quod placet, aut ignem tribuere corporei, animo vermem, hoc proprie, illud tropice: aut utrumque proprio corpori. Haec S. Augustinus. Qui tamen ibi loquitur de cruciatis, quibus homo seu corpus, & anima torquentur post universalem resurrectionem. Ceterum loquens de poena, qua torquentur puri spiritus, vel anima separata, vel Demones, hanc dicit esse verum ignem corporeum, ut superius ostendimus ex eodem lib. 21. de Civ. Dei c. 10.

XIII. Ad instantiam factam respondeo, quod non est eadem ratio de igne, quo cruciabantur in aeternum damnati, ac de verme. Ignis enim proprie sumendus est; Vermis autem solum metaphorice. Nam nec corpora damnatorum poterunt vermis corrodi, & quia incorruptibilia, & quia post iudicium non erunt vermes, aut alius animal praeter hominem, ut ex D. Th. in 4. dist. 20. q. 2. art. 3. quod dicitur. Nec animae separatae, five Demones capaces sunt corrosivis vermis; haec enim cum fiat per subtractionem de substantia alterius, huius subtractionis & divisionis capax non est substantia spiritualis, & indivisibilis. Quare necesse est, ut Vermis accipitur metaphorice pro remorsu conscientiam velut verme corrodeno. De igne autem aliter discernendum est. Nam esto non possit spiritus combustionem cremare, & affligere; alia tamen actione, ut dicemus; illos torquere potest.

XIV. Sic ergo de Beatis aliqua in Scripturis intelligenda sunt proprie, nempe eos regnatorios cum Christo in aeterno gaudio, & fruitione; alia vero solum metaphorice, ut eos sessorios ad mensam, comestorios, & bibitorios, ita de Damnatis, quae de igne dicuntur, proprie accipienda sunt; quae vero

de aliis, nempe de verbis, de nivibus, de caligine, de aqua &c. tropice sunt intelligenda. Horum discernim didicimus ex S. Th. in 4. Contra Gen. cap. 90. dicens: licet corporalia, quae de praemis Beatorum in Scripturis leguntur spiritualiter intelligantur, sicut de promissione ciborum, & potum; quaedam tamen corporalia, quae Scriptura peccatoribus comminatur in poenam, corporaliter sunt intelligenda. Quasi proprie dicta. Cujus rationem assignans, prosequitur: Non enim est conveniens, quod natura superior per usum inferiori praemietur, sed magis pro hoc, quod superiori conjungitur. Praeterea autem conveniens natura superior per hoc, quod cum inferioribus deputatur: nihil tamen prohibet, quodam, etiam quae de damnatorum poenis in Scripturis dicta corporaliter loquuntur, spiritualiter accipi, & velut per similitudinem dicta: sicut dicitur. Ista ultimo: Vermis eorum non morietur; potest enim per vermem intelligi conscientiae remorsus, quo etiam impii torquentur. Non enim est possibile, quod corporeus Vermis spiritualiter corrodat substantiam, neque etiam corpora damnatorum, quae incorruptibilia erunt. Fletus etiam, & stridor densum in spiritualibus substantiis non nisi metaphorice intelligi possunt: quoniam in corporibus damnatorum post resurrectionem nihil prohibet, corporaliter esse intelligi: ita tamen, quae per statum non intelligitur in corporeum deducitur, quae ab illis corporibus nulla rebus non potest, sed solum dolor cordis, conturbatio oculorum, & capitis, sicut in scripturis esse solent. Haec D. Th.

XV. Respondenti etiam secundo posse credentem, Ista in laudato textu non loqui de poena extrinseca, nempe de igne corporali, qui est causa communis poenae damnatorum; sed de poena intrinseca, seu de effectibus a poena extrinseca causatis in Damno, quos nomine Vermis, & ignis Propheta describit. Nam ex detentione per quem sequitur in Damnis conscientiae remorsus, qui velut Vermis est nunquam moriens, & desperatus dolor, qui tamquam igne inextinguibili utuntur; & hoc mihi suadeo, quia Ista non dicit: Vermis non morietur, sed Vermis eorum. Non dicit: ignis non extinguetur, sed ignis eorum. Quibus de verme, & igne, qui in ipsis est, se loqui probabiliter indicat.

XVI. Dicent tandem. Ignis ille si corporeus est, inutilis, & absque ulla actione erit in Inferno. Quid enim agere poterit in puris spiritibus, nisi maximo accedente miraculo, quod admitti non debet, nisi vel ex Scriptura, vel aliunde certo constet?

Haec instantia petit, ut explicemus quid agat in Demones, aut animas separatas ignis inferni. Pro quo fit

DUBIUM IV.

Quomodo Demones ab igne corporeo torquentur.

S. I.

Explaato dubio, Opiniones referuntur.

HOc dubium excitat D. Thom. in 4. Sent. dist. 44. q. 3. art. 3. quod dicitur. 3. Et 4. Contra Gen. cap. 90. his verbis: Potest venire in nubium, quomodo Diabolus, qui incorporeus est, & anima damnatorum ante resurrectionem ab igne corporali possit pati, a quo patitur in Inferno corpora damnatorum, sicut & Dominus dicit Matth. 25. Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.

Non ignis sic estimandum est, quod substantia incorporea ab igne corporeo pati possit, quod eorum natura corrupturam per ignem, vel alterum, aut quatuorcumque aliter transmutetur, sicut natura nostra corpora corruptibilia patiuntur ab igne. Substantia enim incorporea non habent naturam corporealem, ut possint a verbi corporis immutari; neque etiam formarum sensibilibus susceptiva sunt, nisi intelligibilibus: talis autem susceptio non est poenalis, sed magis profectiva, & desiderabilis.

Neque etiam potest dici, quod patitur ab igne corporeo afflictionem, ratione alicujus contrarietatis, sicut corpora post resurrectionem patitur; quia substantia incorporea organa sensuum non habent, neque poterunt sensibus utantur. Haec D. Thom.

II. Quibus suppositis, varias opiniones recenset S. D. in 4. Sent. dist. 44. q. 3. art. 3. quod dicitur. Quidam dixerunt, quod hoc ipsum quod est ignem videre, sit animam ab igne pati. Sed hoc non sufficere ait S. D. quia quodlibet visum, ex hoc quod videtur, est perfectio visentis. Unde oportet, quod propter hoc, quod anima illum ignem videt, sit aliqua comparatio animae ad ignem, secundum quam ignis anima nocet.

Alii propterea dixerunt, animam torqueri ab igne, quia apprehendit ipsum, ut nocivum sibi. Sed nisi aliud addat, cruciatus animarum, & Demonum ex falsa imaginatione procederet; ex eo nimirum quod putarent, ignem cremando sibi posse nocere, & cruciatus earum esset secundum apparentiam. Praeterea quod falsa imago in animabus separatis, & Demonibus locum habere non potest.

Unde alii dicunt, animam pati ab igne non solum videndo, sed eum statim experiendo, non secundum quod agit virtutis eo modo, quo agit in instrumentum divinae virtutis; eo modo, quo agit in Baptismo, ut instrumentum divinae virtutis animam sanctificat. Sed nec etiam hic modus dicendi a D. Th. probatur. Quia (inquit) omne instrumentum in id, circa quod operatur, habet propriam actionem sibi connaturalem, & non solum actionem secundum quam agit in virtutem principalis agentis; immo excedere primam actionem, oportet, quod esset hanc secundam, sicut aqua lavando corpus in Baptismo, sanctificat animam; & sicut secundo lignum perducit ad formam domus: unde oportet dare igni aliquam actionem in anima, quae sit ei connaturalis ad hoc, quod sit instrumentum divinae virtutis peccata vindicantis. Ita D. Thom. cum ergo ignis

